



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

Doctor Eccivus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

COLLATIO VII.
DOCTOR ECCIVS.

Dominus doctor quod dolenter ferat & conquerit, respondeo ei sibi non credi, sua fit culpa, quam propter scripturas, contra uniuersalem ecclesiam loquat, quis illi ergo esset crediturus.

Vltra dicit nullas me literas adduxisse, materiam tangentes, huic contradico, scriptura enim hoc probat. Et ut uerum sit, sequor intellectum ecclesie sanctae Dei, uti hoc ipsa declarauit in sancto concilio in cap. Damnamus, de sum tri. & fi. ca. sicut met ipse dominus meus doctor intellexit, quem suo proprio teste libello deuincam, quem in monasterio ueteri Bauariae euulgauit, quoniam adhuc uir erat regularis, ad ciuilem unum in Kauffburrn bij, ubi alio in latere sic scribit. Hic panis non solum significat, met ipsum corpus domini uerbis Christi illud probans iam inductis, Matthaei xxvi.

Quod adhuc in Pauli uerbis heret, quod panem nominat, respondeo, discipulus enim in scola Christi non aduersat magistro, sicut in Lutheranitate. Ideoque quia Paulus sacramentum panem nominauit ex hoc Christo non contradicit dicenti, hoc est corpus meum. Praeterea quod aquam baptismi inducit, sic etiam aquam non esse. Non dico, quia in scripturis non reperimus aquam aliud esse quam aquam, at in hoc sacramento claras habemus scripturas, illic esse sacrum Christi corpus.

Pro ultimo aestimat dominus meus doctor se scopum attigisse in uerbulo, hoc, inculpans me quasi auffugia quaerentem. Huic ego respondeo, uniuersos sermones suos hoc die inductos, circumitus esse, principalem causam in nihilo contingentes corpus Christi in sacramento esse nec ne? Cuius ueritas ex eo datur intelligi, quum probi Christifideles cum ecclesia tenentes, substantialiter panem non manere in sacramento, nihilominus fatentur dominum Ihesum Christum illic praesentem esse, nec minus Lutherani etiam contra ecclesiam opinantes, illic panem esse substantialem, cum hoc tamen tenent sacrum Christi corpus uere in sacramento esse, quare dominus meus doctor, dominos

CONCLUSIO PRIMA.

minus fatigare non deberet, disputatione transsubstantiationis panis. Hic iam scopus nolter est, corpus Christi in sacramento esse nec ne? de quo textum Matthæi clarū audiuit.

Quia tamen interrogauit quid uerbulū Hoc indicarit dñō dicentis, Hoc est corpus meum, & si igitur apud plerōsq; antiquos Christianos doctores, tum & apud neotericos erroneos multiphariam quæsitum fuerit, & quidem diligēter de hoc uerbulo quid sit, ne igitur meam fugam uobis inculcet, quamuis ad principalem causam nihil attineat. Dico dilectū dñm nostrū hoc uerbulo Hoc dicendo, hoc est corpus meum, indicasse quod sanctis apostolis exhibuit. Ideoq; dñe doctor exportate tamen queso unicas literas pro uestra opinata doctrina, sacrum Christi corpus in sacramento non esse.

DOCTOR OECOLAMPADIUS.

Dilecti & probi Christi fideles, nihil probat aliquādo me scripsisse, neq; mihi obesse debet. Augustinus em̄ ipse retræctauit, profectioris ætatis factus, etiam Paulo dicēte. Quum erā paruulus, loquæbar ut paruulus. Nam dies diesq; nobis profitendū est. In cognitione ueritatis, adhuc me promptum exhibeo, cuiq; me docere potēti (ut Christianū decet) obtemperare & perdocta amplexari, quod D. Eckius non facit.

Ratione baptismi scimus esse rationem sacramentorū, baptismum etiam dici balneum regenerationis, spiritus sancti innouationem, Ad Titum iij.

Hic D. Eckius nondū ostendit, quid tamen illud uerbulū Hoc importet, aut quid in se ponderis habeat, scolastica utitur fallatia, petitio principij dicta. Estq; persimile quum quis filium quempiā de nomine suo interroget, responderetq; hoc sibi quod suo parenti nomen esse. Iterū de parente quæsitus, quod sibi nomē esset, quod & mihi filius aīret, nihil hic certi cognosci posset, nec ante nec post. Respondit hoc esse quod exhibuerit dñs, hoc ipsum est quod interrogamus, quid hoc nam sit quod dñm exhibuisse constat. Expresse em̄ Euange